libu[*s II vallar. II* | *aur. II*] has[*tis puris IIII vexillis IIII,* | *procos. Asiae* . . . . *leg. Aug. pr. pr. Hispaniae,* | *leg. Aug. pro pr. Moesiae inf.*[3], | *pontif., s*]odali Antonin[*iano, praef. alimento*]rum, praetori, qu[*aestori, IIIviro* | *monetal*]i a. a. a. f. f., marito A[*nniae Fundaniae*[4] | *Faustinae*] imp. Caesaris M. [*Antonini Aug.* | *et div*]ae Faustinae Piae pa[*truelis, affini* | *domus*] Aug. | [*Huic senatus*] auctoribus im[*peratoribus* | *Antonino et*] Commodo Augg. G[*ermanicis* | *Sarmati*]cis statuas duas, u[*nam habitu* | *milita*]ri in foro divi Tra[*iani, alte*|*ram habi*]tu civili in pron[*ao aedis divi* | *Pii pon*]endas cen[*suit*].

Romae rep. fragmenta duo basis marmoreae (VI 1540 vidit Henzen). In superficie superiore basis dicuntur esse litterae ad hanc inscriptionem certe non pertinentes . . . . Cl. Caesa. — 1) *Ad T. Vitrasium Pollionem, qui consul fuit iterum ordinarius a. 176, titulum rettulit Borghesius ann. inst. arch. 1846 p. 348 = opp. 5 p. 37 cf. Rhein. Jahrb. 2 (1843) p. 104 propter ea quae infra leguntur de uxore eius, adhibito titulo iam tum noto N. 1114. Pomponii Proculi etiam nomina ei fuisse docuit postea titulus N. 1113.* — 2) *Amici vocabulum supplevit Wilmanns, fortasse recte; minus recte praefecti praetorio vocabulum suppleverat Borghesius.* — 3) *Proconsulem Asiae et legatum Hispaniae et Moesiae inferioris fuisse Pollionem intellegitur ex N. 1113. 1114. Cf. C. III 762. III S. 7420.* — 4) *Etiam Fundaniae nomen fuisse uxori Vitrasii Pollionis apparet ex tegula inscripta* ex pr. Fundaniae Faustinae et Vitrasi Pollio. *(C. XV 520). Filius quoque eorum appellabatur T. Fundanius Vitrasius Pollio (C. VI 1978).*

1113 Nymphis | T. Pomponius | Proculus | Vitrasius | Pollio cos., | pontif., procos. | Asiae, leg. Aug. pr. | pr. provinciar. | Moesiae inf. et | Hisp. citer., | et Faustina eius | [*v. s. l. m.*].

Legione (Léon) Hispaniae (Eph. epigr. 4, 23 = II S. 5679 semel descripta ab ignoto auctore, sed accurate).

1114 [*Annia Fundania M.*][1] | fil. Faustina | T. Vitrasi Poll[*i*]|onis cos. II, praet., | quaest. imp., pontif., | [*proc*]os. Asiae | uxor, | nymphis | Griselicis.

Ad aquas Griselicas, hodie Gréoulx, provinciae Narbonensis (XII 361 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 1112 not. 4. Pater Faustinae videtur fuisse M. Annius Libo consul ordinarius a. 128 (de euius praenomine dixit Mo. C. III S. p. 1275).*

1115 [*Vitras*]ia T. f. Faus[*tina*[1] | *P*]olionis cos., pon[*tif., f.,* | *Matri*] magnae sua pecu[*nia fecit*].

Prope Cales rep., est Neapoli (X 4635). — 1) *Supplevit Mommsen, referens ad filiam Pollionis N. 1112. Sane mirum est, ut ipse monuit Mo., eam dici Titi filiam et mox rursus Pollionis filiam. Cum Pollio dicatur consul, non consul iterum, titulus positus est ante a. 176. Eadem sine dubio Vitrasia Faustina occisa a Commodo (vit. Comm. 4).*

1116 P. Vigellio Ra|io Plario Sa|turnino Atilio | Braduano Au|cidio Tertul|lo[1] leg. Aug., | ordo Troesmen. | ex decreto suo.

Troesmi (III 775). — 1) *Hic ut videtur Vigellius Saturninus qui proconsul Africae fuit a. 180 (Tertullian. ad Scapul. 3; act. martyr. Scillit., ap. Usener ind. lect. Bonn. 1881 aest.).*

---

archive.org